



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 72. Mineru per Deputatos hujus crudelitatis impunitatem a Rege  
efflagitans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

**Sæcul. XVI.** dices, ut judicii acta instruerent in reli.  
A.C. 1545. quos, qui mortem effugerant. Horum  
 nonnulli ad triremes damnati, atque alii  
 ingentes pecuniarum summas multæ  
 nomine pendere coacti fuere, paucissimi  
 vero ab omni poena liberi denuntiabantur,  
 hos inter erant Centalii Toparchæ  
 subditi, qui publice suos errores ejura-  
 runt.

§. LXXII.

*Minerius per Deputatos hujus crudi-  
 delitatis impunitatem a Rege  
 efflagitans.*

*De Thou 1.6.* Perausta crudeli hac cæde Minerius  
 Præfектus, nec non præfati Judices  
 pertimescere cœperant, ne Rex perce-  
 pta rei gestæ serie tantam sœvitiam hor-  
 reret, & a totius hujus tragœdiæ auto-  
 ribus suo tempore poenas deposceret,  
 hinc Fontium Præsidem ad Regem de-  
 putabant, eo fine, ut contra illos, qui  
 adeo crudeliter fuere trucidati, crima-  
 tam atrocia deferrent, ut spectata ho-  
 rum scelerum immanitate levi adhuc  
 supplicio mulctati crederentur. De-  
 mandato hoc negotio Præses adeo feli-  
 citer fungebatur, ut Rex omnia, quæ  
 gesserat, veluti rata acceptaque haberet,  
 ac die decima octava Augusti hanc in  
 rem ederet quamdam declarationem,  
 quam

quam præcipue promovit auctoritas Tur- Sæcul. XVI,  
nonii Cardinalis, qui tamen Regis animum A.C. 1545.  
hanc ob rem turbatum penitus sedare  
haud poterat: quin imo referunt non  
pauci Scriptores, quod Franciscus Rex  
morti proximus disertis verbis Hen-  
ricum II. filium suum rogaverit, quate-  
nus hujus negotii æquitatem rursus di-  
scuti juberet, illosque, qui crudelis hu-  
jus sententiæ vel auctores vel executo-  
res extiterunt, castigaret.

## §. LXXIII.

*Episcopatus ad Cranmeri arbitrium  
pluribus concessi.*

Cum interea Angliæ Rex Gardinerum Burnet hist.  
Viacomensem Episcopum Brugam Reformat.  
ad Cæsarem ablegasset, Cranmerus Can- t. 1. l. 3. p.  
tuariensis Archiepiscopus hujus absen- 457.  
tia opportune usus reformationis nego-  
tium, cui Gardinerum summe adversa-  
turum noverat, promovere pro viribus  
adlaborabat: eapropter pro felici consi-  
lli sui executione quædam moliri cœ-  
perat, verum Gardinerus rem edoctus  
mox literas ad Regem dedit, quibus ex-  
posuit, quod firmato Papam inter & Cæ-  
sarem födere minima etiam Religionis  
immutatio in Angliæ Regno tentanda  
facile utrumque eo inducere posset, ut  
ambo Galliarum Regi omnem, quam  
desideraret, satisfactionem præstarent,  
hoc-